



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 40. Principes atque Illustres hoc anno denati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

in promptu nil habebant, eapropter Sæc. XVIII.
 duntaxat opposuere, plenum Religio- A. C. 1725.
 nis usum Catholicis fuisse quidem con-
 cessum, ad hoc tamen non exigi, ut
 suas processiones per omnes Urbis pla-
 teas extenderent, nec eas per integros
 30. annos illos extendisse, aliunde vero
 ob Tribunal Cæsareum in hanc urbem
 introductum Catholicis multa contra
 pristinam observantiam & pacis West-
 phalicæ statum fuisse indulta v.g. Jesuitas
 in urbem fuisse admissos, eis Arnsbur-
 geneses ædes urbi proprias gratis da-
 tas, concessam facultatem in eorum
 Collegio Templum ædificandi, Patri-
 bus Franciscanis partem aliquam illius
 Domus, quam Lutheranus Pastor in-
 coluerat, relictam &c. Verum insu-
 perhabitis hisce rationibus Catholici
 adhuc in quietâ juris sui possessione
 relinquebantur.

§. XL.

*Principes atque Illustris hoc anno
 denati.*

Hoc item anno invidia mortis non Falckenst.
 pauci vivis erepti sunt, qui no- Antiq.
 minis sui memoriam cum omni poste- Nordgav.
 ritate adæquarunt. Horum primus P. I. cap. 64.
 est Joannes Antonius Knebel a Cat- gag. 237.
 zenelenbogen Princeps & Episcopus
 Eystet-

Sæc. XVIII.
A. C. 1725

Eystettensis: Natus is erat An. 1646. die 19. Octobris ex illustrissima familia Rhenana, dignissimus paternarum virtutum hæres. A primis adolescentiæ suæ annis amplissimæ, quam de se dederat, expectationi ita respondit, ut nemo uberius, nemo felicius. Humanioribus & Philosophicis diCIPLINIS in patria sua absolutis, Romam venit, ubi in Germanico Collegio sacratoriibus vacavit scientiis, ibidemque Anno 1666. festo Omnium Sanctorum præsentibus summo Pontifice Alexandro VIII. Purpuratis, & Præsulibus non paucis orationem habuit, quæ, cum velut in compendio totum Joannem Antonium ejusque Sapientiam exhibeat, huc referri meretur: En illius tenorem!

*Duo sunt, Beatissime Pater, Regna
Divinitatis: Naturæ & Ecclesiæ.*

„Regnat in natura Deus, cum per
„naturam innotescit, regnat in Eccle-
„sia, cum per Ecclesiam amatur, hoc
„enim unice propositum est regnanti
„Deo, innotescere & amari. Sed Di-
„vinitas cum tota prodigium sit, non-
„nisi per prodigia utrumque regnum
„administrat. Prodigia autem, quibus
„naturam tuetur, sunt vires elemen-
„torum,

„torum: & prodigia, quibus Ecclesiam
 „sustinet, virtutes dixerim Sanctorum. **Sæc. XVIII.**
 „Nam revera certum immortalitatis **A. C. 1725.**
 „prodigium virtus est, quæ nihil nisi
 „immortale spirat. Quare cum ho-
 „dierno die res gestæ omnium Sancto-
 „rum in Ecclesia commemorantur, o-
 „peræ pretium duxi, omiſſa natura,
 „hæc Ecclesiæ prodigia breviter ex-
 „ponere, ut pariant alterum prodi-
 „gium, videlicet ex admiratione imi-
 „tationem. Habent plurimum admira-
 „bilitatis virtutes hominum Sanctitate
 „præstantium, gemina ex causa. Pri-
 „mum Consilio Dei, qui vult esse mi-
 „rabilis in Sanctis suis; deinde magni-
 „tudine rerum ab ipsis gestarum, ut
 „propterea eorum vita nuncupetur a
 „Spiritu sancto vita mirabilis. Itaque
 „primarium regnantis Dei arcanum est,
 „ut sese in sanctis Viris exornandis
 „admirabilem præbeat. Nam quem-
 „admodum in eo maxime Principum
 „diligentia collocatur, ut quos regiæ
 „gratiæ, negotiisque publicis admo-
 „vent, singularibus & a vulgo remotis
 „beneficiis prosequantur, ut quodam-
 „modo Principis, si non dignitate, certe
 „specie quadam dignitatis repræsen-
 „tent. Ita Principum arbiter & lex
 „Deus Sanctos Viros a mortalium vul-
 „go per insuetas prærogativas secernit,
 „quasi

Sæc. XVIII. „quasi benevolentia Divinae Dei que ne-
 A. C. 1725. „gotio admotos. Dei namque nego-
 „tium est Sanctitas, qui sic mortali-
 „tatem æstimat, ut eam pompa im-
 „mortalitatis exornet. Sic Divini
 „majestas Principatus per excellentiam
 „Sanctorum reverentius adoratur. Ex
 „hoc Dei consilio profecta est rerum
 „ab ipsis gestarum magnitudo, quæ
 „tanta est, ut, sive multitudinem, sive
 „varietatem, sive gravitatem specte-
 „mus, Ecclesia merito nuncupari pos-
 „sit ager prodigiorum, & palæstra om-
 „nipotentium. Quot vestigia in ea
 „impressere, quot protulere verba, quot
 „facta edidere sancti Viri, tot miracula
 „effulserunt. Cælum, terra, elemen-
 „ta, inferi ab eorum nutu pendere vi-
 „debantur, & potentia Sanctorum vi-
 „debatur potentia dignitatis; tantum
 „Sanctitati tribuit Deus & merito, siqui-
 „dem eadem mensura metitur ipse vitam
 „Sanctorum, qua ipsi metiuntur glo-
 „riam Dei. Sancti Viri studio Divinitatis
 „abnegant, contemnunt, & quodam-
 „modo dedignantur seipsos per damna,
 „per probra, per tormenta, velifican-
 „tes ad vellus Divini honoris non ra-
 „piendum, sed servandum. Sic Deus
 „per beneficia, per prærogativas, per
 „miracula anhelat ad Sanctorum glo-
 „riam propagandam. Certat cum
 „San-

„Sanctitate Divinitas, Sanctitas vir-
 „tutes exercet, ut divinitatem morta-
 „libus commendet; Divinitas prodigia
 „exhibet, ut sanctitatem apud morta-
 „les coronet. Dixi.,

Sæc. XVIII.
 A. C. 1725.

Postmodum egregius hic Adole-
 scens Roma digressus erat, Franciam &
 Hispaniam peragravit, non multa viden-
 di studio, sed in multis proficiendi desi-
 derio. Inde Eychstadium reversus,
 cum morum comitate, tum virtutum
 vere regiarum excellentia omnium in
 se amorem rapuit; unde a Marquardo
 Episcopo secretioribus adhibitus con-
 siliis, Augustæ & Eychstadii Canonicus
 assumitur: Paulopost ab eodem Epi-
 scopo ad Leopoldum Imperatorem,
 S. R. J. Electores ac Principes in pu-
 blicis, iisque gravissimis negotiis able-
 gatur, non sine maximo utriusque Ec-
 clesiæ commodo: Mortuo autem Joan-
 ne Martino Eychstadiensi Episcopo An-
 no 1705. die nona Februarii Episcopa-
 lem Insulam obtinuit, anno sequenti
 solemniter inauguratus. Tum vero
 hæc Diæcesis aliam induere faciem
 videbatur: Solutum est æs alienum,
 tributa vel mitigata, vel penitus sub-
 lata: Restauratum Palatium a Suecis
 dirutum, Erectum nosocomium pro
 emeritis Sacerdotibus, & Seminarium
 pro erudienda juventute & pro Natione
 Scotica,

Sæc. XVIII. Scotica, & dotatum Cænobium pro
 A. C. 1725. Monialibus. Aucta demum Diæ-
 cesis redditibus, & bonis. Præterea
 sublevabantur eleemosynis pauperum
 miseræ, exurgebant ubique ædificia,
 ceu totidem pietatis, ac liberalitatis
 suæ monumenta: Ipse vero utebatur
 frugali mensa; temperantiæ & sobrie-
 tatis studiosissimus: Eminēbat pietate
 in egenos, in Neophytos liberalitate,
 erga probos benignitate, & in impro-
 bos severitate. Erat sinceritatis veri-
 tatisque amantissimus, & adulantium
 ac impostorum hostis juratus. Obiit
 tandem meritis plenus die 27. Aprilis
 anno ætatis suæ septuagesimo nono,
 postquam, quicquid gemmarum, &
 suppellectilis pretiosæ possederat, in
 pauperes transcripsisset, condito hoc
 testamento:

„Notum facimus, quod omnia no-
 „stra bona, præsentia & futura, pe-
 „cuniam, gemmas, uniones, picturas,
 „statuas metalicas & pretiosa quæ-
 „cumque natura & arte rara &c. pau-
 „peribus & piis causis, omni, quo fieri
 „potest, legitimo modo, hisce done-
 „mus, cedamus & translata velimus,
 „ita tamen, ut modo post obitum no-
 „strum relicta quæcumque pretiosa no-
 „stra, quanti plurimi divendantur, &
 „ad normam & methodum in testa-
 „mento

„mento nostro præscriptam, vel adhuc
 „scribendam, omnis deinde collecta
 „summa, (exceptis aliquot mille flo-
 „renis, familiæ nostræ in remunera-
 „tionem acceptorum inde beneficiorum
 „legandis) pauperum indigentæ, ac
 „piis nostris foundationibus applicentur;
 „reservata interea nobis, quoad vivi-
 „mus, facultate, pro bene meritis &
 „convenientia, etiam alias quasdam
 „donationes faciendi, ac pro exigentia,
 „vel majori utilitate, de dictis pretiosis
 „quædam commutandi, vel vendendi.
 „Ex monte S. Willibaldi die 26. Fe-
 „bruarii 1725. „

Sæc. XVIII.
 A. C 1725.

Porro Successorem habuit Fran-
 ciscum Ludovicum de Schenck a Ca-
 stell die tertia Julii electum.

Pari fato die 24. Augusti vivis ere-
 ptus est Ferdinandus Comes de Berlo,
 qui Namurcensem Infulam recusante
 Alberto Trazagnies Vice - Comite de
 Billteyn Præposito ejusdem Ecclesiæ,
 obtinuit, & Anno 1697. Sacratu fuit
 Episcopus, antea Canonicus S. Lam-
 berti Leodii & Archidiaconus Cam-
 pinæ. Is animarum Zelo & restau-
 randæ disciplinæ Ecclesiasticæ studio
 inclutus, Anno 1720. decreta Syno-
 dalia Namurcensia recens edi curabat.
 Successit eidem Thomas Joannes de
 Strickland a Si Zergh Nobilis Anglus
Hist. Eccles. Tom. LXXII. P anno

Sæc. XVIII. anno sequenti die 20. Januarii a Sacra
A. C. 1725. Sede confirmatus.

Tum temporis eandem æternitatis
 viam ingressus est Mense Februario Episcopus
 Gravinæ Lucini apoplexia ta-
 ctus, necnon Joannes Michael Episcopus
 Tridentinus S. R. J. Princeps
 Comes de Spauer, annos natus
 octoginta septem, cui successit Comes
 de Wolckenstein.

Inter Principes hoc anno defunctos
 primum locum sibi vindicat Petrus
 Aleziovizius Rufforum Imperator. Hic
 inter gentem suam rarissimo exemplo
 plurima, cuncta vero non minus glo-
 riosa, quam proficua confecit itinera,
 sæpiusque unō anno quatuor orbis pla-
 gas emensus, ex illis ac præcipue ex
 Europa secum in patriam transtulit,
 quicquid in militari disciplina exquisi-
 tum, atque in civilibus, politicisque
 artibus excellens apud cultiores Na-
 tiones hauserat, eo fine accitis maxi-
 mo pretio celeberrimis Nauticæ, ar-
 chitectonicæ, mechanicæ & militaris
 scientiæ Magistris; inde ergo accidit,
 ut Russiam e barbarie extraheret, toti
 mundo conspicuam redderet, atque ad
 summum potentiæ & gloriæ apicem
 primus erigeret. Accessit armorum
 felicitas; occupatis enim integris Pro-
 vincijs, & domito Carolo XII. Sueco-
 rum

rum Rege, Heroe ab aliis vinci nescio, totam suam vitam inter trophæa exegit, a nullo, nisi a morte devictus. Hoc enim anno stranguriæ morbo oppressus, exactis quinquaginta tribus vitæ suæ annis occubuit: Post ejus obitum imperii habenas capessabat Petrus II. quem Alexius infelix Petri I. Filius ex Carolina Welferbyto - Blanckenburgica Conjuge sua susceperat. Eodem anno die decima quarta Januarii naturæ debitum solverat Natalia Petrowina Petri I. filia nata minima.

Die etiam quarta Januarii Viennæ obiit Princeps Vidua Abaffi, Filia Bethlemi Gaboris Transylvaniæ Principis, sequenti autem die decessit Ludovici Principis Anhaltino - Cothani Conjux, & die decima sexta Junii Marcus Otoboni Dux de Fiano annos natus sexaginta novem. Præterea funesta prorsus morte sublatus est Ranzovius S. R. J. Comes senior, cujus vitæ ejus Frater natu minor insidiatus, quemdam Centurionem Prætorium subornabat, ut illum clam interficeret: Detecto autem scelere Sicarius capite plexus est, alii vero criminis conscii perpetuo carere, bonorumque proscriptione multati sunt. Præter hos obiere pariter Victor Amadæus Theodorus Sardinia Regis Nepos, Enno Augustus Frater

Sæc. XVIII.
A. C. 1725.

Sæc. XVIII. unicus Principis Frisiæ Orientalis, Joannes Emanuel Pachæco Acunæ Dux de Escalone olim in Catalaunia, Aragonia, Neapolitano & Siculo Regno Pro - Rex, ac denique Friderica Augusta Schwarzenburgica Princeps.

§. XLI.

*Scriptorum Ecclesiasticorum opera
& decessus.*

*Elog. du
R. P. de
S. Marth.*

Non pauci ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno in mortis prædam cessere. Hos inter primo loco recensendus venit Dionysius San - Marthanus Prior Generalis Congregationis Benedictinæ S. Mauri: Hic Parisiis Anno 1650. natus, ac decimo octavo ætatis anno S. Benedicti institutum professus, insigni pietate, doctrina, & prudentia præclarum sibi nomen comparavit, splendidissimum Ordinis sui decus, ac lumen. Nulli pepercit labori, ut suos Religiosos eo permoveret, ut Constitutionem *Unigenitus* sincero recipere animo: Nec penitus inanis erat ejus labor, ipse enim suo exemplo horum plusquam quadraginta induxit, ut sequenti formulæ secum subscriberent: *Nos subscripti, acceptis Romæ literis intelleximus, summum Pontificem Benedictum XIII. post P. P. Clementem XII.*